

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection](#)[Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII](#)[Item](#)[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 02 : De Tethye & Thetide](#)

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 02 : De Tethye & Thetide](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 03 : De Tethys & Thetis](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 02 : De Thetys & Thetis](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 824-828

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques

- [Téthys](#)
- [Thétis](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière

modification le 28/04/2023

peritia opus est in obseruandis & deuicandis scopulis, in multo antè cognoscendis tempestatibus ac ventorum signis, & in omnibus denique vitandis, quæ possunt nauigantes in summum discrimen inducere: quæ eadem etsi vtilia sunt in mari mediterraneo, non tamen tantopete videntur necessaria. Huius uxorem fuisse Tethyn dixerunt, de qua paulo post dicetur. Oceani filij tam multi & filix fuisse dicuntur, quia ex vaporibus, qui calore Solis sublimes tolluntur, gignuntur fluuiorum aquæ, & fontes, vt putarunt antiquorum nonnulli. nam etsi voluit Arist. fontes ex aere in locis cauernosis in aquam verso procreari, tamen si diutius siccitas cœli extiterit, neque fiant imbres, vel penitus arefcere flumina & fontes, vel ad tenuissimum cursum deduci videmus: quare etsi non tota, maior tamen pars fluuiorum & fontium ita procreatur, vt apparet. Inter filios Oceani Tyche connumeratur, quæ fortuna est, quia fortunatos esse oportet nauigantes, & omnes illos qui se ventorum fidei committunt, atque vt summarim dicam, per Oceanum fabulosum rerum naturalium generationem, & necessariam esse nauigantibus, prudentiam significarunt, ac nunc de Tethye dicamus.

De Tethye & Thetide. CAP. II.

TETHYS, quæ uxor fuit Oceani, Terræ & Cœli filia & ipsa fuit, vt ait Hesiodus in Theog.

Ὀυρανὸς δὲ γέννησά τ' ἰκ' ἠ κραιόν βαρυδ' ἰλω,
κοίος τε, ἰήϊαν τε, Θέτιν τε, μνημοσύνην τε,
Θέτιν τε, κρηϊόν θ', Ἵπέρειά τ', ἰάπτωρον τε,
σοιβλήν τε χρυσοῦ ἰφάρον. Ἰνδῶν τ' ἰφάτην τε.

*Oceanum Cælo peperit, cui vastæ profunda,
Et simul Iapetum, Cœumque, Rheamque, Themimque,
Mnemosynen, Thiam, Criumque, Hyperionem, Tethyn
Formosam, Phœbenque comæ est cui cincta corona.*

Hanc dearum matrem appellarunt, cum pater illarum esset Oceanus. Thetis verò, quæ priore aspirata & breui legitur, Chironis filia fuit, vt ait Epicharmus in Hebes nuptiis:

μῆτις κέφα χείρωτος ὧν ἀλδίατο
Θέτις δ' ἄρα μῆτις.

*Paella vix Chironis horum fugerat
Currens Thetis.*

Ac

At Homerustamen in hymno in Apollinē Nerei filiam fuisse significavit in his :

ἀλλά ἰνευρήσας θυγάτηρ οἴτις ἀργυρόπεζα
 Διῖταρ.

Candida sed cepit mox illum filia Nerei.

Quod etiam testans est Anaxandrides Rhodius, vbi Theum de se ipsa loquentem introducit in his carminibus:

ἰσθῆσι μὲν ἀλῆστει καὶ ἀϊώνυμος
 οἴτις ἐυκατρά Νηρείω καλλιόμει.

Dea marinae inter haud ingloriam

Theum vocarunt Nerei me filiam.

Et Euripides in Iphig. in Aulide :

μάτ' ὃν δι' ὑγρῶν κυμάτων τειθεραμίον
 Νηρεία φουεργὸν οἴτις εἶ, ἢ μ' ἔγνιστρο.

At non per undas educatum Nereum

Thetidis patrem, cuiusq; ego sum filius.

Hæc fuit vxor Pelei, atque dicta est omnium mulierum fuisse fortuna præstantissima, de cuius nuptijs Thetidis ita scribit Apollodorus: αἶα καὶ παρὸ ἄνα μόνος φασὶν ἰρίσαι περὶ γάμου ἴνα οἴτις εἶ, οἴτις δὲ, ὡς τραφῆσθαι ὑφ' Ἡρατος, μὴ δέλξει τῷ αἰὶ συνελθεῖν. εἰδὲ ἔργῳ δάττα τὸν αἶα, ἀπὸ τῶ συζυγεῖσθαι αὐτῷ. Inquit enim Iovem ac Neptunum solos de nuptijs contendisse. At Thetim noluisse congregi cum Iove quia fuisset à Iunone educata, quam obrem iratus Iupiter, illam mortali dedit in matrimonium : vt est libro II. Metam. apud Ouid. Alij dixerunt Apollinem vnâ cum Iove & Neptuno de illius nuptijs cōtendisse, sed omnes fuisse à Prometheo, vel (vt alijs magis placuit) à Themide deterritos, quòd ex illa filius præstantior esset oriturus. Alij dixerunt Thetidem ægrè tulisse quòd vna ex Deabus marinis esset futura hominis vxor, quare eius nuptias deuitans in varias formas mutabatur, de qua ita scripsit Homerus :

ἔκ μιν μὲ ἀλλάων ἀλάων ἀνδρὶ δάμασταν.

Vnam me æquoreis è nymphis nubere cunctis

Mortali voluit.

Nam quamuis in ignem & in leonē tanquam Proteus vertetur, nulla neque vi flammarum tamen, neque vnguium aut dentium feritate potuit à nuptijs illum deterrere. Scriptum reliquit Isacius Peleum Chironis consilio Thetim compressisse,

cum in varias formas mutaretur, atque in sepiam deniq; fuisset conuersa, id cum in loco Thessaliæ Magnesiæ accidisset, locus ipse Sepias dictus fuit, ut ait Zet. hist. 46. chil. 1. Alij tamen dicunt Thetidem vxorem Pelei fuisse non coactam, neque sub varijs formis deludentem compressam, sed sponte se in eius matrimonium concessisse, ut scripsit Pytheneus in primo rerum Æginetarum. Celebratae sunt autem Pelei & Thetidis nuptiæ in Pelio monte, ad quas omnes Dij præter Discordiam conuenerunt, quæ pomum aureum in locum nuptiarum iiecit, ἡ καλὴ λαβίτω. Contulerunt huic omnes Dei munera: Pluto smaragdum insignem, Neptunus equos Xáthum & Balliam, Vulcanus cultrum, & Dij cæteralia. Nam ita mos fuit antiquorum, ut cum donis ad nuptias conuenirent. Sequentibus postea temporibus & alios filios & Achillem Thetis Peleo genuit, quos cum sub igne per noctem occultaret, ut quod mortale esset absumeretur, mortui sunt. Achilles verò Ambrosia per diem inunctus, & sub igne per noctem occultatus dicitur aliquantulum perdurasse, donec re à Peleo deprehensa Thetis irata se in numerum Nereidum receperit. Atq; eo tempore Achilles vocatus fuit Pyrisous, tanquam ab igne seruatus, & Chironi educandus datus fuit, & postea Achilles ob eam causam, quod exusto labro caret dictus, ut ait in his Agamestor in Thetidis epithalamio:

παίδων δ' ἦτομα θῆκε πυρίσθον' ἀλλ' Ἀχιλλῆα
 Πηλεὺς κικλάσκε, χέλιος εἶνέ κ' αὖ μιν
 κέμιτον εἰς κόνη' αὐοδ' ἵπ' ἰπὶ πύρ' ἀπάμφοι,
 χέλιος αἰδομένο ἀπροφάτως ἰτίον.

Additur huic nomen Pyrisous: ipse ad Achillem

De labri Peleus nomine dixit enim,

Sub cinere exussit puero qui a pruna iacenti

Unum de labrii, hinc quoq; nomen habet.

Fuerunt qui dixerint Thetidem non sub flamma solitam esse occultare filios è Peleo susceptos, sed in lebetem aquæ bullientis iacere, ut experiretur an mortales geniti essent. atq; hæc de Thetide filia Nerei. Tethys Oceani vxor, sororq; Titani Ephyten peperit, quæ nupsit postea Epimetheo, & Pleioneæ Atlantidis vxorem, de qua sic ait Ouid. lib. 5. Fast.

*Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn,
 Qui terram liquidis, qua patet, ambit aquis.*

Hinc

*Hinc fata Pleione cum califero Atlante
Iungitur, et fama est, Pleiadasq; parit.*

Memorantur præterea multæ Oceani & Tethyos filix, Acaste, Admete, Asia, quæ Asiæ nomen dedit, Clymene, Idyia, Ephyre, Eudora, Eurynome, Janita, Lyriope, Melobosis, Metis, Plexame, Prynno, Rhodia, Thea, Thoë, Tyche, Xanthe, Zeuxo, Clytie, quæ ab Apolline amabatur. Ea cum furtum Apollinis Leucothoës patri Orchamo indicasset ob zelotypiam, relicta ab Apolline, amoris impatiens cibo potuque abstinens, quia spectaret quacunque incederet Apollo, Deorum misericordia in Heliotropium herbam demum conuersa est.

¶ Verùm siue Thetidem nominemus, siue Thetim, utraq; Dea fuit marina, & Tethys putanda est ipsa aquæ moles, quæ ad generationem coaluerit: Thetis verò aquæ elementum, ut patet ex Pollione Virgilij;

*Pauca tamen suberunt prisca Vestigia fraudis,
Quæ tentare Thetim ratibus, quæ cingere muris
Oppida.*

Nam nisi sit Oceanus vniuersa aqua, ac materia Tethys ad generationem concreta, ridiculum sanè erit mare etiã vxorem habere. cum igitur ea materia, ex qua cuncta gignuntur, coaluerit, illa Deorũ & animalium omnium mater dicta est. Quod attinet ad nuptias Pelei, scriptum reliquit Staphylus in libro de Theisalia Chironem rerum astronomicarum peritissimum voluisse Peleum illustrare, quare tempus obseruauit, quo futuri essent magni umbres, atq; famam in homines dissipauit, quod Ioue concedente Peleus Thetim esset vxorem ducturus, ad quas nuptias Dij cum pluuia & magna hyeme forent venturi. cum tempus igitur huiusmodi aduentasset, Peleus duxit Philomelam Actonis Myrmidonis filiam, sed tamen de Thetide inualuit. Alij per hæc libidinosorum furorẽ notarunt, qui omnes vias inquirunt, quibus mulieres alliciant, neque timent mulieres fallacias, cum neglecta honoris, facultatum, salutis cura, illud solum spectet, ut libidinem expleant, sed cum inter mortalem & immortalẽ suapte natura paruum sit commercium, non sunt diuturnæ nuptiæ, neque illorum salus, qui voluptatem tanquam bonum simpliciter affectant. Nam profectò decet virum sapientem tanquam peritum nauclerum, non tantum ut præsentis vento, aut præsentis fortuna, sed etiam

funta longè prospicere. Verùm de his alibi copiosius dictum sit. hæc de Thetide sufficiant: at nunc de Tritone dicamus.

De Tritone.

CAP. III.

TRITON Deus marinus, quorum filius fuerit, non convenit inter scriptores. Hesiodus Neptuni & Amphitrites illum filium fuisse dicit in Theogonia in his:

ἰκ δ' Ἀμφιτρίτης καὶ Ἰριτύα κ' Ἐπιοργαίης
τρίτων ἰσχυρὸν γένετο μέγας· ὅς τις θαλάσσης
πυθμὴν ἔχεν, πατρὸς μητρὶ φίλη καὶ πατρὶ ἀνακτι
ναίει χρύσεια δ' ὤ, δ' ἄνθος θεός.

Inde Amphitrite Neptunoq̄, editus ipse

Est Triton Deus insignis, qui vastæ profunda

Cum patre & cum matre colit; quiq̄, aurea tellæ

Incolit eximius Deus.

Acesander verò Eurypylium & Tritonem filios fuisse Neptuni & Celænis scriptum reliquit, ac Steropen Solis filiam nuptisse Eurypylo, cui genuit Leuconem & Leucippum. At Numenius in libro de Piscationibus Oceani & Tethyos filium Tritonem fuisse inquit. Lycophon Nerei filium putavit, ut patet in ijs carminibus, in quibus inquit poculum donatū fuisse Tritoni à Medea, quoniam is Argonautas rexit, cum in Syttes incidissent:

κλαδὸν πέτυρον νεπίρων κέμηλιον
λύσιγχα, κινύφρος ἰὼ τίγαν ῥόος
ιασοῖς λιπαίνε, τῶ δ' ἰ νηρίως γόνω
τρίτωνι κελχίς ἔπεισαν δ' ἄνος γωνή,
χρυσῶ πλατῶ κρατῆρα κεκρατημένον.

Fractum lacunar inferorum magna opes,

Anfida, Cinyphens hanc fluctus rigans

Fœcundat ægna, Nerei proli hic dedit

Tritoni Colchis poculum olim fœmina

Dono, quod auro erat probe multo illatum.

Fuit autem Triton Oceani ac Neptuni buccinator & tubicen, ut testatur Ouid. lib. i. Metam. in his; ubi etiam formam ipsius buccinæ describit:

Caruleum Tritona vocat, conchaque sonanti

Inspirare iubet, fluctusque & flumina signo

Iam revocare dato, canna buccina sumitur illi,

Tor-